

Schoppius lib. 2. Verifim. cap. 8.

*Ac, marite, ita me juvent*

*Calites, nihilominus*

*Pulcheres; neque te Venus*

*Negligit.*

Porro, non videntur negligenda, quæ ibidem subicit idem Schoppius: Verum tamen esse potest, (*inquit*) quod idem cenlet Giphanius, volgo fortasse ita pronunciatum fuisse, & pronunciationem volgarem poëtas sequi præoptasse potius, neglecta verbi origine. Et adfert exempla non pauca in suis ad Prudentium notis. Adfert aliquam multa & magnus ille Scaliger in Aufonianis lectionibus lib. 2. cap. 21. Dixerunt *Nestorem, Hectorem, Phædromum* me ia correpta, cum sit tamen *φαιδρωμ*, & in eo Plautum volgi iudicium secutum esse: quia cum plebe, non cum doctis rem sibi esse videret. Sic *Trigonus*, media brevi, cum sit *τριγων*. Sic *Idola* est dactylus apud Prudentium. Ita posteriorem in *Thales, Lycistes, Ganymedes* corripiebant. In epigram. Virgilius *Aut tradat Ganymedes ipse Nectar.* Hæc Schoppius. Ut vero admittimus Grammaticorum hanc Etymologiam, qua nihilum ex *ne* & *hilum* componatur; ita per *hilum* quicquid exile est intelligimus, ut nihilum ne quidem sit illud quod maxime exile. Hæc notatio authorem habet Varronem, apud quem lib. 4. de Lingua Latina legas: *Filum, quod minimum est hilum, id enim minimum est in vestimento.* Phi-